

et gemit Unde sequitur Ipsa autem
 gemens uersa est retro. **S**er-
 pens igitur antiquus naas princeps
 populi merorum. i. peccatorum dy-
 abolus istam ciuitatem hodie obli-
 det et cum populo suo. i. cum uicis
 ecclesiasticis pactum uult facere dum
 tamen eis oculos dextros. i. uerum
 iudicium eruat. et quod oculos sinis-
 tros. i. carnalem affectum uel iudi-
 cium ipsis solum dimittat. **Job iiii.**
Numquid oculi carnei tibi sunt a-
 sicut uidet homo tu uidebis. Et
 iam reuera iam multi sunt in ciuitate
 ecclesie qui istud pactum cum dy-
 abolo iam uident fecisse: quod scilicet ue-
 rum iudicium rationis et discretio-
 nis uident perdidisse et sinistram oculum
 .i. carnis affectionem et malicie
 subtilitatem et iniusticie iniquita-
 tem uident solummodo retinuisse. quod
 perit: quod non uident nec considerant
 spiritualia bona sufficientes pro-
 uisum iusticiae pacis et cetera huiusmodi
 que omnia sunt dextera. ymo solum ui-
 dent considerare et uide bona ter-
 poralia. carnis pariter. dona et
 munera iniquorum pro iusticia sub-
 uerenda. que omnia pessima et si-
 nistra sunt. Unde de illo pacto cum
 dyabolo carne et mundo in-
 potuit dicere tam mali iudices quam mali
 ecclesiastici illud ysa. xxviii. **P**e-
 gimus fedus cum morte: et cum in
 ferno fecimus pactum. **U**n **zach. xi.**
Biacchium eius dextrum ariditate sic-
 cabitur. et oculus eius dexter tene-
 breces obscurabit. **E**t dic generaliter
 de omnibus **D**uo enim oculi dati

sunt homini scilicet duplex consideratio et di-
 scretio scilicet ad temporalia et ad eterna
 spiritualia igitur et dextrum perdidit
 mus. temporale et sinistram plus quam
 deceat retinemus.

Quoniam plus regem supra se
 petisset et dominus eis saul
 in regem dedisset uoluit il-
 lis ostendere quod sibi non placebat
 quod regem postulassent. et quod ipsis
 regem in ira et non in beniuolentia
 contulisset. **F**ecit igitur dominus fieri to-
 nitrus. uoces. pluuias et tempe-
 states. et timuit plus uolentem
 ter. **I**llud potest allegari quod re-
 gime mundi et iurisdictionis quam alij
 supra alios reges et principes sunt
 adepti a principio deo non placuit
 ymo propter peccata hominum
 hoc euenire permisit. et potius
 tale superbiocitatis regimen ma-
 gis ex tyrannide quam ex iusticia re-
 mit. et magis ex dei ira quam misere-
 ricordia processit. **O**see xiiij. **D**a-
 bo tibi regem in furore meo.
Cum populus philistinorum
 congregatus esset contra filios
 israhel in prelium. non sunt inue-
 ti in uniuerso populo domini qui
 in die belli haberent gladium pre-
 ter saul et ionathas. **U**nde etiam
 aliqui timentes fugerunt. **A**lij
 ad hostes transfugerunt et alij
 in speluncis se absconderunt. ita
 quod cum saul paucissimi remanse-
 runt. **P**hilistini autem qui do-
 minabantur filiis israhel cauerant
 ne arma sibi facerent. et ideo nul-
 lum ferrum in terra dimiserant